

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - II, 07 : De Marte](#)

## **Mythologia, Francfort, 1581 - II, 07 : De Marte**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[13-14\] : De Marte](#)

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II**

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 07 : De Marte](#)

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II**

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 08 : De Mars](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II**

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 07 : De Mars](#) est une traduction de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

## **Présentation du document**

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 160-165

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Mars](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

*Squallet, & immodico turpantur pallia fumo.  
 Et noua quarentes semper mendacias alant,  
 Defecisse sibi vires, ubi nona reperta est  
 Mercurium ratis qua possunt sistere in aurum,  
 Ad notos homines inde hac contagia serpunt.  
 Si quenquam arripiant, qui stultas prabeat aures,  
 Non prius effugiet, quam sit perpeffus eandem  
 Fortunam, scopulorum ratem confregerit vno.*

Neque satis validam rationem illam vnquam fore putavi, qua nonnulli artifices suam artem confirmare conantur, quòd scribitur à Suida in hanc sententiam, artem illam aliquando apud Ægyptios floruisse: Chemia argenti auriq̄ue præparatio est; cuius libros aliquando conquirens Diocletianus concremauit propter illa que aduersus ipsum Ægyptij innouarunt. Hos enim crudeliter trucidauit, ac liberos de chemia auri & argenti ab antiquis conscriptos inquirens igni absumpsit: ne Ægyptij ex arte illa diuitias compararent, atque opum abundantia freti arma mouere Romanis auderent in posterum. Neque enim lex est diuina quidquid à Suida dicitur, & multa fabulosa de sapientia Ægyptiorum circumferuntur. Neque illud sanè prætermittendum videtur, quòd quidam primum Vulcanum regnasse in Ægypto, illumque fuisse primum inuentorem ignis tradiderunt: quia cum fulmen ignem detulisset in arborem, dicitur Vulcanus hybetno tempore propius ad ignem accessisse, ac sensisse caloris beneficium, cessantiq̄ue igni materiam iniiecisse, atque sic naturam ignis cognouisse, & cõuocatis aliis hominibus vtilitatem naturamq̄ue ignis ostendisse. At nunc de Marte.

*De Marte. CAP. VII.*

**D**ICTVM est à nobis superius, quòd Mars Iunonis fuit filius: at quod nonnulli arbitrati sunt, hunc etiam sine patre fuisse natum, id omnino absurdum est, & portento simile. Neque enim omnium partium fabularum legitima expositio semper inueniri potest: quoniam alix additæ sunt ad fabulas ornandas, alix ad probabilitatē, alix continent veram rerum gestarum explicationem. Iupiter igitur cum primam vxorem Metim, deinde Themim, tertiã Iunonē duxisset, ex ea suscepit Martem & Heben, vt in his testatur Hesiodus in Theogonia:

*Δουδεται-*



Αειδέεται δ' ἠΐον ἑκατέρην ποιεῖσσι' ἄκραισ'  
 ἢ δ' ἠΐον, ἀπὸ ἁρμα, ἀπὸ ἰλαίουαν ἱτακίη,  
 μεγαῖα' ἐν φιλότῳ βασιλῆϊ ἀπὸ ἀνδρῶν.

*Addita mox Uxor post haec est Vltimo Iuno,  
 Lucinam, Martemq; parit, quibus est prior Heber.  
 Inno hominum Regi, Regi coniuncta Deorum.*

Habuit Mars nutricem Thero, ut ait Pausanias in Laconicis. Hic cum Halirhotium Neptuni filium interemisset Alcippæ filix suæ vim inferre conantem, causam capitis dixit audientibus duodecim Diis, de qua cæde meminit Paus. in Atticis, atq; omnibus suffragiis fuit ab ea accusatione absolutus. Locus vero in quo dicta est causa, vocatus est ab illo Areopagus, atque inde causæ capitales ab Areopagitis iudicibus duodecim audite. Hic nullam certam ac legitimam uxorem habuisse dicitur, quod ego quidem meminero, cum quidam Nerienen siue Nerien putarint: cum multos filios è diuersis susceperit, cum quibus congressus est. Nam & Ænomaus, & Ascalaphus, & Biston eius filij dicuntur, & Thespius, Ialmenus, Pylus, Parthasius, Therus, Molus, Parthaon, Thestius, Euannes, Zesius, Cupido, Hypetius, Chalybs qui populis nomen dedit, Ottera, Bithys è Seta, à quo Bithynia: Tlepolemus ex Astyochia & Thrace, à quo Thracia dicta est: Parthenopæus è Menalippe: Phlegyas Pangæus è Critobule: & Strymon illi natus est ex Helice: & Timolus è Theogone, à quo mons dictus est, & Theogones alter: Oxylus, Echolus, Sithon, Euenus, Sinope, Calydon, Hermiona, & alij nonnulli è furtiuis congressibus. fabulatur hunc in curru vehi solitum, cuius auriga erat Bellona. sic enim ait Virgilius:

*Quam consanguineo sequitur Bellona flagello.*

Nam Terror & Pavor equi vocati currum ipsum Martis trahabant. Hic cum feroci & acri esset ingenio nullam certam habuit sedem, sed tãquam furiosus huc illuc pererrans, omnia locu & calamitatibus replebat. Veruntamen neq; ipse mortuum omnium iram deuicauit, cum fuerit aliquando à Diomede vulneratus, ut scripsit Homer. lib. 5. Iliad. Huic Deo lupus ob rapacitatem ac feritatem consecratus fuit, ut ait Virg. lib. 9.

*Quasitum aut matris mulsis balatibus agnum  
 Martis à stabulis rapuit lupus.*

Inter aues picus consecratus fuit Marti, qui etiam inde cogno-



men obtinuit ut Martius diceretur, atque gramen interpretatus, quia putetur plurimus nasci ex hominum sanguine, & apud Thraces eximie colebatur Mars, ut in hoc carmine ait Lycophron:

έρκω μοι ἦσαι τό τε κρεσσόντε θιάε.

*Sancite Deum iurare Crestonei item.*

Est enim Crestone Thraciae ciuitas, ac Deus Thracum Mars, ut ait Lycophronis enarrator. Id ea de causa dictum fuit ab Homero in lib. 8. Odysseae, quod ubi solutus fuit à Vulcano cum Venere implicitus, hic in Thraciam, illa in Cyprum se contulit:

τὸ δ' ἵππεϊ ἱε δισμῶν λυθι κραιπνῆ περ ἰόντος,

αὐτίκα ἀκαίλαν τε ὁ μὲν σφρήκιδε βιβήκῃ

ἢ δ' ἄρα κύπερον ἔλαν φιλομυθῆς ἅ φροδότη.

*Hicque, ubi sunt illum durissima vincula soluta,*

*Discedunt subito. Thracas mox ille petiuit:*

*Ipsa Venus Cyprum petit alma nata Dione.*

Habuit hic Deus multa cognomina à locis in quibus templa erecta fuerunt, vel ab euentis, vel ab iis qui dicarunt templa. Sic Candaeus, & Mamertus, & Rhacius, & Equestris dicitur: quem tamen nihil esse aliud quam bellum putauit Heraclides Ponticus, ut patet ex his eius verbis: ὁ ἄρεος οὐδ' ἐν ἴσιν ἄλλο πλὴν ὁ πόλεμος, πορὰ τὴν ἀρεῆς ὠνομασμένους, ἢ πρὸς ἴσιν ἰβλάβην. *Nihil aliud Mars est quam bellum, ita ab imprecationibus nominatum, siue à detrimento.* & Orpheus in hymno in Martem, furorem belli ac rabiem in animis hominum Martem esse putauit, ut patet in his:

Ἄρεος ἀναξὶς ὁλοόθυπε. φόβοις τε πελασγμένους αἰεὶ,

αἵματι ἀνδροφένω χαίρων, πελομόκλονι, φρικτὶ,

ὅς ποδῶς ἐξίφραϊτ τε καὶ ἵχθουσι δ' ἄρην ἄμυσσον.

*Mars Rex perpetua sanieque & cade cruento,*

*Horrende, humano gaudenti & sanguine numen,*

*Qui gladius ve bastu ve curru contendere semper*

Hic Deus in Lemno colebatur, cui fiebant sacra humanis hostiis: sed cum res crudelis videretur, mox ritus mutatus est, & modò sus castratus, modò verres illi mactabatur, quatinus propria fuit victima equus ob similem illi ferocitatem: lupus ob perspicacitatem: canis ob vigilantiam, & gallus, & picus, ac vultur. Neque illud prætermittendum sane hoc loco duxerim, quòd poetæ bellorum Deum Martem existimantes illi

Timorem & Iram & Clamorē comites addiderunt, qui Deum ipsum assidue consequerentur: licuit enim omnibus poetis quidquid collibuisse pro suo ingenio de Diis confingere. Hūc Deum, quia nullā propriam haberet arborem, gramine coronabant, quam herbam, abductis per bellum agricolis, fouere videbatur, cum pateretur illam late serpera. At nūc quaeramus quid memoria dignum sub his figmentis occultaretur.

¶ Cur natus esse dicitur è Iunone. an quòd Iuno sit diuitiarum Dea, ex quibus inuidia & contentio exoritur, ut dictum est superius, & quòd nemo est opulentus cui non assidat ab inuidia & maleuolentia bellum indicatur? Quis enim aduersus inopem bellum gerit? omnes qui exercitum cogūt, alias quidem bellorū causas multas proferunt cur arma susceperint, at veram fateri palā pudet, ut per has causas tanquam leues, exterarū gentium occupent ciuitates. Nā si pro æquitate tantū pugnaretur, supplicium sumeretur tantū de cōsceleratis, at res relinquere. Nutritus fuit apud barbaras nationes Mars sub septentrionis plaga, quæ gentes cū minimè digestum habeant sanguinem calore solis, plurimū vi corporis & proceritate valent, at minimum consilio & prudentia. Hunc educauit Thero nutrix, quæ feritas est. Deinde cū tyrannus sit Mars, ut dicere solebat Timotheus iuxta Plutarchum, merito murorum percussor & euersor dictus fuit cū lex contra ciuitatum omnium regina sit, ut ait Pindarus. Atque Homer. Iouem omnium regem & patrem non bellica tormenta, neq; rostratas naues, sed leges & æquitatem regibus dedisse scribit ad regna conseruanda, quæ his omnibus sunt potentiores. Istud ipsum fecit, ut nullum certum Mars haberet domicilium aut sedem, cū Iupiter in cælo omnibus & Diis & hominib; imperaret. Demosthenes idcirco in oratione cōtra Aristogitonē primas leges inquit tanquā optimum quiddā ac inuentū deorum esse vniuersæ vitæ mortalium ac ciuitatum moderatrices, quantum beneficio siquid deprauatū sit in rerum natura corrigatur apud viros bonos sponte: at malos cogunt vel inuitos ea quæ iniqua sunt ciuitate. sic enim inquit: *ἅπασ ὁ τῶν ἀνθρώπων βίαι, ἢ ἀνδραὶ Ἀθηναίων, καὶ μεγάλας πόλιν εὐδαίμων, καὶ μικρὰν, φύσιν καὶ νόμοις δικαίῃσι. τέυτων δ' ἡ μὲν φύσις ἰσὺς ἄτακτον ἐστὶν ἀνώμαλον, καὶ κατ' ἀνδρα ἕκαστον ἰδίω τοῦ ἕχοντος ἰδίω νόμοι, καὶ ἐκ τῆς τῆς γαίης τοῦτε πάντων. ἡ μὲν εὖν φύσις,*



ἀν ἢ πεινρὰ, πολάκις φαῦλα βυκλῶνται. διότι τὸς τοιούτους  
 βελίως ἰεμαρτάνονται θρησῆσι. εἰ δὲ νόμοι τὸ δίκαιοι καὶ τὸ  
 καλὸν καὶ τὸ συμφέρον βυκλῶνται, καὶ τῆτο ζητῶσι καὶ ἰπέδων  
 θρησῆ, κοινὸν τῆτο πρόσγμα ἀπιδείχθῃ πᾶσι ἴσον καὶ ὁμοιον  
 καὶ τῆτ' ἰεὶ νόμος, ᾧ πᾶστας προσήκει παθεῖναι διὰ πομά, καὶ  
 μάλις ὅτι πᾶσι εἰ νόμος ἄρμα καὶ δῶρον θιῶν, δόγμα δὲ ἀν-  
 θρώπων φρονίμων, ἰκαθόρμα δὲ τῆν ἰκασίω καὶ ἀκασίω  
 ἀμαρτυμάτων, πόλιω δὲ σωθῆκη κοινῇ, καὶ ἦν πᾶσι προσήκει  
 ζῆν τοῖς ὁ πόλι. *Universa mortalium vita à divi Athenien-  
 ses, sine magna sine parva qui habitet civitatem, na-  
 tura & legibus gubernatur: horum alterum, natura nimi-  
 rum inordinata est & inaequalis, atque pro ingenio ci-  
 visque privatorum. leges autem commune & institutum  
 idem omnibus natura igitur si mala sit, iniqua sapienter sug-  
 gerit consilia, quare tales homines facile peccantes inue-  
 niunt, at leges & iustum & bonum & civile procurant atque  
 hoc investigant: quod ubi repertum sit, illud mandatum om-  
 nibus proponitur aequum & sibi constans: atque id lex est,  
 cui convenit omnibus parere cum multis aliis de causis,  
 tum praesertim quòd omnium lex inventum est & munus Deo-  
 rum, atque institutum sapientum hominum, & correctio  
 vel consulto vel inconsulto peccantium, communiq; insti-  
 tutio civitatis, secundum quam convenit omnibus civibus  
 vitam degere. Sed quoniam pro variis euentis variè fabulas  
 interpretati sunt antiqui, ita ut aliae ad res naturæ, aliae ad astro-  
 nomiam, aliae ad mores spectarent, aliae ad hæc simul omnia;  
 quid Martis cum Venere adulterium significat explorandum  
 est. Quid est tam contrarium quam occidere & procreare, ex-  
 polire & deuastare, erigere & prosternere? At Mars tamen qui  
 hæc omnia facit, ut ait Homerus;*

ἀρεὶ ἀρεὶ βροτολογὴ, μακρόνι, τῆχσι πλῆτα.

*Mars hominum occisor, qui agros popularis & urbes.*

Cum Venere, quæ omnia animalia plantasque in lucem pro-  
 ducit, congregitur. Quid ex hac tam discordi coniunctione  
 orietur? nihil omnino superueniente Vulcano præcipue. Nam  
 litigium & amicitia sunt Mars & Venus intelligendi, quorum  
 utrumque opprimit Vulcanus, siue calor immodicus, princi-  
 piaque vincit, neque ita illa suis funguntur viribus. Ad expri-  
 mendum igitur quòd symmetria necessaria est rebus natura-  
 libus,



libus, ista fabulosè cōfinxerunt. Hunc eundem Deum & solem esse aliquando putatum superius expressimus, & apud Aquitanos Hispaniæ populos Martis simulachrum radius ornatum eximia religione cultum fuisse memorizæ proditur. & ratio ipsa, naturaque videtur expetere ut corpora illa superna, quæ calorem rebus inferioribus inferunt, nominibus potius, quam re ipsa sint diuersa. Et Homer. lib. 6. Iliad. Martem vim igneam videtur putasse cum inquit:

Μαίνετο δ' ὡς ὄτ' Ἄρης ἰγχιπάλος, ἢ ὄλοον πῦρ.

*Insurgit veluti Mars strenuus, ignea vel vit.*

Bellonam aurigam Martis populatoris finxerunt, quia æt pestifer est mortis auriga, & arufex. Quidam memorizæ prodiderunt Martem bellonum Deum fuisse creditum, quod is prior armare inuenerit, & in aciem instruet, & omnes bellicos usus, cum impios delere niteretur. Quod Mars omnium Deorum fortissimus & velocissimus arte Vulcani fuerit rebus implicatus, & debilis & claudicantis & tardi Dei, quid aliud significat, quam sceleratos homines nullis viribus, nulla pedum celeritate fretos posse Dei vindicis omnium flagitiorum iram deuitare: quod etiam innuit Theognis his versibus,

ἔπειθ' ἔραδ' ὅς ἐβηλος εἶλεν ταχὺν ἀσδρα δειώων,  
κυρνε, σὺ δὲ δειήθειω δ' ἰκη ἀδαιόων.

*Vel celerem tardus comprehendit Cyrene secutus*

*Iniustum cursu, huic numina cuncta fauent.*

Et illa carmina:

ἔκ ἀρετῆς ἀεὶ καὶ ἰσχυρὰ κινεῖται τοῖς ἔραδ' ὅς ὠκυῶν

ὡς ἐπὶ νῶν ἠέφαισος ἰὸν ἔραδ' ὅς εἶλεν Ἄρηα,

ἰσχύοντος περὶ ἰσχυρῶν οἱ ὄλομορον ἰχθῆσι,

χάλας ἰὸν, τέχνησι τὸ ἐπὶ μοιχάροι' ὄφρα.

*Si quod ægri virtute caret, celerem capiet te*

*Vel tardus, tardo Mars est comprehensus ut ipse*

*Vulcano, superum cum velocissimus esset:*

*Art etenim prodest cunctis animalibus ipsa.*

Atque tot de Marte dicta sint, nunc dicendum de Neptuno.

*De Neptuno. CAP. VIII.*

**N**eptunus Saturni & Opis filius, ut dictum fuit, eandem sortem, patrisq; crudelitatem expertus propè est, quam etiam Iupiter. Nam cum Rhea Neptunum peperisset, puerum